



**Theologiæ Sacramentalis Scholasticæ Et Moralis Pars ...**

Ad Mentem Doctoris Subtilis Ioannis Duns Scoti D. Augustino conformen

In quâ tractatur de Augustissimo Eucharistiæ Sacramento, ac Sacrificio  
Missæ, ...

**Bosco, Jean a**

**Lovanii, 1667**

Approbatio Theologorum Ordinis.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-73377](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-73377)

## FACULTAS

Reverendissimi Patris Commissarii Generalis.

**V**isâ approbatione PP. Lectorum studii nostri Lovaniensis *Partis secundæ Theologia Sacramentalis Scholastica & Moralis*, per R. A. P. F. IOANNEM BOSCO Ordinis nostri FF. Minorum Strict. Obf. Provinciæ nostræ Inferioris Germaniæ Sac. Theol. Lectorem Jubilatum compositæ; Virtute præsentium facultatem concedimus, ut Opus publicâ luce dignissimum, cum Sanctæ Obedientiæ merito (accedente eorum licentiâ, quorum interest) prælo mandetur. Datum Bruxellæ in Conventu nostro Fratrum Minorum Strict. Obf. sub nostro Chyrogapho, officiiq; sigillo minori die 14. Augusti 1667.

JACOBUS DE RIDDERE Commissarius  
Generalis FF. Minor. Germano-Belgicus.

## FACULTAS

Reverendi admodum P. Ministri Provincialis.

**E**go infra scriptus Ordinis Fratrum Minorum Strict. Obf. Provinciæ Germaniæ Inferioris Minister & Servus, viso laudabili Patrum Lectorum nostrorum testimonio super *Secunda Parte Theologia Sacramentalis* Reverendi Admodum Patris F. JOANNIS BOSCO Sac. Theologiae Lectoris Jubilati, ac Provinciæ nostræ Exdefinitoris, non tantum facultatem concedo, sed & in meritum obedientiæ salutaris injungo, quatenus præfatam illam partem, servatis de cætero servandis, Typis divulgari curet: ut qui ex illa fructus speratur, quantocius publici juris fiat. Datum Lovanii in Conventu nostro Fratrum Minorum Strict. Obf. die 20. Augusti Anno 1667.

F. FRANCISCUS GENDT Minister  
Provincialis Germaniæ Inferioris.

## APPROBATIO

Theologorum Ordinis.

**T**heologia Sacramentalis Scholastica & Moralis Pars secundæ per Rever. Adm. Patrem F. JOANNEM BOSCO Provinciæ Germaniæ Inferioris Ord. Fratrum Minorum Strict. Obf. in Academia Lovaniensi Sacræ Theologiae Lectorem Jubilatum, & olim ejusdem Provinciæ Definitorem composita, complectitur claram & Catholicam de Sacramento & Sacrificio Eucharistico doctrinam. Unde ex illa, quisquis est sinceræ solidæque doctrinæ amator, accipiat vel quod discat, vel quod alios edoceat. Ita censimus Lovanii in Conventu nostro FF. Minorum Strict. Obf. die 2. Augusti Anni 1667.

F. PETRUS DE VRIESE  
S. Theologiae Lector.

F. GUILIELMUS VAN SICHEN  
S. Theologiae Lector.

REVE-